

18.

2 419.

DIVINA FAFENTE GRATIA,
AUTORITATE SUPERIORUM

De

TESTAMENTO TEM-
PORE PESTIS CONDITO,

Von dem Testament/so zur Zeit der
Pest auffgerichtet wird.

SUB PRÆSIDIO

DN. ANDREÆ MYLII, J.U.D. & P.P.

publicè disputabit,

NICOLAUS Einert/Not. Cæs. Cob. Fr.

A U T O R

Ad diem XVII. Decembr. A. O. R. M DC LXXX.

LIPSIÆ

Literis JOH. GEORG.



ALTOBIATAE SUPERIORUM
BRUNNENSIUM GRATA

TESTAMENTUM

CONDITIO
SICUTI CONDITIO

DE
SICUTI CONDITIO

DR. ANDREAE MYLLII, J. U. D. & P. P.

NICOLAUS MYLLIUS, J. U. D. & P. P.

N. U. D. & P. P.
AD SIMPLICIUM D. O. R. M. C. LXXV

LIBER
LUDWIG GEORG





P R Æ F A T I O .

HAud iniquè levis, Amice pariter ac L. B. animuin Tuum distrahet admiratio, quod tempore hoc periculofissimo periculum quoddam Academicum PATRIÆ exhibere aufurus fim. Aft veniam à Tua de facili benevolentia me impetraturum confido, fi rationes, ob quas ad thema hoc proponendum deductus, paucis Tibi exponerem: graffantis fcilicet atrocitate peftis, quo Collegiatum publica tum privata haftenus filuerunt, inanè me haud collocaturum operam existimavi, fi tempus illud quoad testamenta tempore peftis condita, invito quamvis Apolline, perqvirendo follicitus effem, cùm aliàs pro concesso ingenii mei talento materiam mihi eligere & ad Praxin me accommodare animus fuit. Ne autem sine Ductore procedam, ad præfens institutum accessum facturum, animo manibusque ad coelum erectis, divini Numinis auxili-um humillimè imploro *l. 1. §. 2. l. 3. pr. C. de V. J. E.*

A 2

velit

814
velit non solum disputationis meæ, sed etiam
omnium actionum mearum principium, me-
dium & terminus esse. *Nov. 109. pr.* Sit
ergo feliciter

POS. I.

Testamentum tempore pestis (A.) con-
ditum (B.) est testamentum privilegiatum
(C.) grassante peste legitimè, omissis tamen qui-
busdam Juris solennitatibus compositum (D.).

- A. Cujus appellatione hic quemvis morbum contagiosum, v. g. fe-
brem petechialem, das Flecken-Fieber / Finckelth. *obs. 67.* dysenteri-
am, rothe Ruhr / *Id. d. l. n. 15. seqq.* Carpzov. *p. 3. C. 4. D. 2.* intelli-
mus, modò contineant causam universalem Zach. *quest. med. legal.*
Lib. 3. Tit. 3. qv. 2. n. 5. & incolis metum incutiant. Carpz. *d. l. in fin.*
Hahn. *ad Wesenb. Tit. qui testam. fac. poss. n. X. verb. tempore pestis*
aut belli.
- B. In sensu generali, quodvis testamentum dicto tempore factum,
etiam solenne; in speciali verò illud saltem, quod eo tempore non
observatis omnibus solennitatibus est conditum, significat.
- C. Informe, innominatum, irregulare. Ferd. Vasq. *tr. d. ult. vo-*
lunt. lib. II. §. XI. n. 53. 54. quia à regulis juris communis quodammodo
recedit. Non quidem tale, in quo omnis testium remissa est solenni-
tas, veluti contingit in testamento coram principe aut apud acta condi-
to; sed quod aliquam saltem desiderat solennitatem. Reusn. *de testam.*
p. 4. c. 1. n. 3. Idem d. l. c. 18.
- D. Constat hæc descriptio genere & differentiâ specificâ. Genus
est testamentum privilegiatum. Differentia desumpta est à forma,
quæ in compositione legitimâ grassante peste, sed omissis quibusdam
solennitatibus facta, consistit.

POS.

POS. II.

419.

Dividi potest in scriptum, quod scripturâ;
& nuncupativum, quod vocis prolatione perficitur (A.).

Uterque modus testandi in solennibus testamentis obtinet §. 3. & A. *fin. I. de test. ord.* Cum itaque in minus solennibus nihil aliud reperitur constitutum, nec uti aliàs, ita præprimis in hoc testandi genere ob necessitatem intervenientem potestas disponendi non debeat coarctari, ideò meritò, & scripturâ & nuncupatione testari licere asseritur,

POS. III.

Origo est ex Constitutionibus (A.). Permissum verò omnibus sic testari, quibus aliàs testamenti factio competit (B.).

Scilicet ex Constitutione Diocletiani & Maximiniani Imp. A. *in l. 8. C. de testam.* & Serenissimi Electoris Augusti in *Const. IV. p. 3.* Nam antea hanc testandi formam in usu fuisse, vix constare poterit. Equidem juris gentium esse testamenta minus solennia, communiter à *Dd.* adstruitur. *Gail. Lib. 2. obs. 118. n. 17. 18.* *Schultes p. 1. qv. 22. n. 1.* *Finckelthuf. Obs. 14. n. 5. & 32.* quod de iis concedi poterit, quæ vel nullam desiderant testium solennitatem, vel solo duorum testium numero constant. Huic autem convenire non videtur, cum septenarius numerus, quem hic intervenire oportet. *d. l. 8. C. de testam.* à Jure civili sit inventus. §. 2. *I. de testam. ord. l. 8. C. qui testam. fac. poss.* Materiam tamen hujus testamenti, si juri gentium adscribimus, non errabimus.

Sive testator decumbat, nec ne. Sufficit timor contagionis, B. quæ testes deterret *d. l. 8. C. de testam.* Non enim solùm domus infectæ à plerisque vitantur, sed & eæ, quæ illis sunt vicinæ, etiamsi infectæ non sint. *Mollerus ad Const. IV. p. 3. n. 2.* & præprimis facit, quod

A 3

ex

ex testibus quidam morbo possint opprimi. Sed jure Saxonico manifestò requiritur, ut testator vel ipse decumbat, vel domus ejus infecta sit. *Const. IV. p. 3. ibi. Wann einer / so an der Pest liegt / oder in dessen Behausung solche Seuche regieret etc.* Domum autem intelligimus non solum propriam, sed & conductam, aut in qua quis gratis receptus est, cum omni ex parte una militet ratio, justus scilicet contagii metus. Itaque non sufficit pestem in urbe vel provinciâ grassari, tum enim de solennitatibus nihil remittitur. *Finckelthuf. Obs. 7. Reusn. de testam. p. 4. c. 17. n. 12. Schulz. ad I. de testam. ord. lit. d. n. 4. in fin.* Nec enim testes, nec copia judicis deficiunt. Adde *Carpzov. ad Const. IV. p. 3. d. 4. n. 7.* nisi tanta sit pestis, ut numerus testium, vel copia judicis aut constituti Notarii, ob plurimum emigrationem, vel quia magna incolarum copia, fortè etiam Judex aut Notarius decesserunt, haberi non possit. *Lauterbach Comp. juris p. m. 392.* Sic enim æquitas, quæ Constitutioni Electorali simul causam dedit, verb. *vor billig erachten* suadet, ut ab ordinaria Juris via non nihil recedamus *arg. l. 27. π. de manumiss. testam. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 2. n. 1. 2. 3.* Quod si tamen in civitate quis remaneat causa administrandi rempubl., aut ad curandum eos, qui morbo pestilentiali sunt affecti, crediderim, hoc privilegium illis etiam nostro jure competere, ut coram paucioribus, quam 7. testibus, etiamsi nec ipsi decumbant nec domus infecta sit, testari possint. *Boërius d. Dec. 228. n. 10. in fin.* Idem ergò dicendum videtur de omnibus illis personis, quæ curam ægrotorum habent, aut funera ducere, cadaveraque sepelire solent; agunt enim causam publicam, & cum ipsi ferè communiter pro contagiosis habeantur, hominumque conversatio iis deficiat, verendum, ne ob deficientem testium numerum inestati decedere cogantur. Illud sanè certum est, ut si quis eo tempore inter liberos, vel ad pias causas testetur, saltem duo testes sufficiant. *Reusn. d. loc. n. 9. ubi sub n. 10. addit, hoc etiam procedere in legatis, piis causis, iis, qui curam ægroti habent, imò quibusvis extraneis relictis.* Cæterum filiisfam. impuberibus, *Ant. Fab. in Cod. lib. 6. Def. 6. Carpz. p. 3. c. 4. D. 3.* furiosis, prodigis, & similibus personis, ne hoc quidem tempore testari permittitur, cum à regula prohibitiva in *d. t. I. quib. non est permiff. fac. test.* nusquam reperiantur excepti.

POS.

POS. IV.

420.

De omnibus autem rebus, de quibus aliàs testari permittitur, etiam pestis tempore testamentum condi placet (A.).

Idque ob generalitatem *l. 120. π. de V. S.* Nec refert, res propriae sint an alienae. De propriis dispositionem valere, extra dubium est. In alienis adhibenda est distinctio, utrum institutio in iis fiat expressè, an verò non; item an res aliena existat penes testatorem, nec ne, prouti cum Bachovio optimè sentit Dn. Schvondendorff. *in notis ad Eccolt. Tit. qui test. fac. poss. §. 25.*

POS. V.

Forma hujus testamenti in declaratione ultimæ voluntatis (A.) legitimâ (B.), sed minus solenni (C.) consistit.

De qua omnino constare debet *l. 25. π. qui test. fac. poss.* aliàs nullum est testamentum. Et ita aliquando pronunciatum fuisse testatur. Virg. Ping. *in. qv. Sax. 20. n. 51.*

Hoc est, quæ secundum modum à lege præscriptum est ordinata, ita ut non solum (1.) heredis institutionem, verum etiam (2.) legitimum testium numerum (3.) specialiter rogatorum (4.) masculorum (5.) præsentium & testatorem videntium, ut & (6.) diei adscriptionem aliaque testamentorum requisita, quæ expressè remissa non sunt, contineat. Quod (1.) heredis institutionem attinet, Jctos magni nominis Dn. Finckelthufum & Dn. Carpzovium inter se dissentire video, quorum ille *Obs. 14. qv. i.* eam in testamento tempore pestis condito haud necessariam asserit, partim, quod sit solennitas juris civilis, quæ ob necessitatem, quæ nullam habet legem, remissa, quippe ubi tantummodo ea, quæ juris gentium sunt, observantur;

tur; partim etiam, quia testamentum militare heredis institutionem non desiderat, quod tamen testamento tempore pestis condito æquiparatur; Hic vero *p. 3. c. 4. D. 12.* Institutionem heredis etiam in hoc testamento pro forma substantiali requirit, tum, quia caput & fundamentum est totius testamenti *§. 34. I. de legat.* à qua regula præsens testamentum nullibi legitur exceptum, ideoque juri communi standum; tum etiam, quia aliàs confusio fieret Testamentorum & Codicillorum *§. 2. I. de Codicill.* Et hanc posteriorem sententiam juri nostro magis convenire arbitramur. Unde etiam Sereniss. Elector. in *Decis. Novis. 46.* eam approbavit, verb. So sollen alle Testament / darinnen kein Erbe eingesetzt ist / wenn sie gleich zur Zeit der gefährlichen Seuche der Pestilentz außgerichtet / unkräftig seyn. Ex qua sententia simul sequitur, legitimam liberis & parentibus titulo honorabili esse relinquendam. Ant. Faber in *Cod. lib. 6. Tit. 5. Def. 6. n. 3.* Carpzov. *p. 3. c. 4. D. 11. nec sufficere*, etiamsi postea heredes legitimam offerant. Fab. *d. l. n. 6.* Non obstant rationes in contrarium allatæ. Sicuti enim hujus testamenti solennitates non sunt omnes remissæ; ita comparatio testamenti militaris & ejus, quod tempore pestis conditum est, non est absoluta. Adest quidem utrobique periculum, sed non uniforme. Illud enim propter rempublicam suscipitur, quod huic non convenit. Illius gratia privilegia expressè sunt data à lege, quæ tamen hac in parte silent. Adde Bachov. in *not. ad Wesenb. de testam. n. X. verb. tempore pestis aut belli.* Quin imo hæctenus etiam, testamentum militare absque heredis institutione valere, nondum satis est probatum. Omissa itaque heredis institutione, non adest testamentum, sed potius Codicillus. Brunneinan. *ad l. 8. C. testam. n. fin.* quatenus scilicet constat, testatorem Codicillos facere voluisse, *l. 1. π. de Jure Codicill. l. fin. C. cod.* Nunquam enim credendus est codicillos fecisse, qui testari voluit, si non disertè id expresserit. Fab. *d. l. Def. 7. n. 3.* Dissentiit Schultes *p. 1. qv. 22. n. 16.* Ast si expresserit, legata & fideicommissa relicta debent præstari. Carpzov. *p. 3. c. 4. D. 12. n. 17. & 18.* Sive piis causis, sive aliis personis sint relicta. *d. Decis. 46. in fin. ibi.* Jedoch ist dieses außer denen zu milden Sachen verordneten und allen andern legatis zuverstehen / welche dem jenigen / welchem sie vermacht / ungeachtet der letzte Will aus angezogener Ursach nicht beständig / allerdings bleiben / und billig abgefolget werden. De legitimo verò testium numero *Dd.*

inter

inter se (II.) non conveniunt. Quidam septem requirunt testes, II.
 Bronchorst *Miscell. Cent. 2. Assert. 12. Fach. lib. V. Controvers. cap. 90.*
 Harprecht *p. 1. disp. 20. tb. II. Arum. disp. 7. Exerc. II. Ungepauer E-*
xercit. 8. tb. 2. in Nego. Farinac. tr. de Testibus. lib. II. qv 59. n. 73. Fin-
ckelth. decad. qv est. testament. 5. Carpz. p. 3. C. 4. D. 1. Hahn ad We-
senb. Tit. de Testam. n. X. verb. tempore pestis aut belli. Malcomes. ad
Wesenb. Tit. de Testam. n. 10. verb. tempore pestis. Struv. Exerc. 32. tb.
21. Brunnem. ad l. 8. C. de Testam. Eccolt. ad Tit. Pand. qvi Testam.
fac. poss. §. 19. Lauterbach Comp. Pand. de Testam. milit. p. m. 392. Alii
quinque, Reusner de Testam. p. 4. c. 17. n. 14. Afflictus Decis. Neapolit.
24. n. 24. Turza in Comm. opin. Concl. 45. Boër. Decis. 228 n. 7. 8. 9. 10.
11. Francise. Vivius lib. 3. opinion. 890. n. 3. Roland à Valle Vol. 1. conf.
81. n. 14. §. 47. Marcell. Cala de modo articul. gl. un. §. 2. n. 34. Ma-
scard. d. probat. Concl. 1352. n. 18. Gabriel. lib. IV. de Testament. Concl.
8. n. 3. Hottom. Conf. 60. Alii duos vel tres, Gail. lib. 2. obs. 1. 18.
Guid. Pap. qu. 543. in fin. Port. Institut. de testam milit. §. 1. Card.
Puteo de Testament. Decis. 13. & alii plures, quos longo agmine re-
censet Roland à Valle d. l. n. 45. Sanè hæc controversia ita difficultati-
bus est obnoxia, ut passim Dd. fateantur, eam Cæsareâ Decisione in-
digere. Bart. in l. 1. n. 1. vers. ideò propter talia esset bonum π. de bo-
nor. possess. ex testam. milit. quem refert Cala d. l. Jul. Clarus lib. 3.
sent. §. testamentum, qu. 56. n. 3. Unde valdè controversa vocatur
à Dauth. tr. de Testam tit. de Testib. testam. n. 424. & antiqua ab An-
ton Tessaur. Decis. Pedemont. 180. n. 1. Igitur nonnulli adhibita di-
stinctione inter pestem parvam & magnam, seu leniorem & sævio-
rem, Boërius d. decis. 228. n. 1. Ripa de Peste Cap. 2. n. 10. 11. Anton.
Faber. in Cod tit. de Testament. lib. 6. Tit. 5. Def. 5. Köppen Decis.
45. n. 19. p. 1. Gabriel d. l. n. 2. item, an ipse testator peste laboret, nec
ne, Bald. in l. fin. C. d. Testam. Reusn. d. l. n. 11. 12. eam expedire co-
nati sunt, nodum tamen nondum solvere potuerunt. Nos missis
aliorum opinionibus, primam sententiam, quam etiam communem
vocat Hieronym. de Cævallos Spec. aur. opin. comm. contra comm.
qv. 290. amplectimur, idque ex rationibus validissimis. Est enim re-
gula generalis; coram 7. testibus conficiendum esse testamentum,
l. 8. C. qvi testam. fac. poss l. 22. C. de Testam. l. 8. §. 2. π. de Jure Codi-
cillor. l. 2. π. si quis aliquem testari probibuerit, ita ut uno deficiente,
 B illud

illud deficiat *l. 12. C. de testam.* A qua regulâ testamentum pestis tempore conditum nullibi legitur exceptum, ideòque regulæ inhærendum, *Cubach Cap. 1. Brocard. 9.* Quod evidentissimè ex *l. 8 C. d. t.* apparet, ubi aliquid saltem de Jure laxatum est, scilicet ne jungantur aut socientur testes, non etiam conveniendi (sive convenientis, est enim idem sensus) numeri sublata est, adeoque, ut sonant verba *Imp.*, non prorsus reliqua testamentorum solennitas perempta est. Quod ergo non mutatum, quare stare prohibeatur. *l. 27. C. de Testam. l. 32. C. de Appell.* Deinde in testamentis summopere cavendum, ne falsitates committantur, quod, quia in hoc testandi genere vel ideò faciliùs, quam aliàs, metuendum, quod ut plurimum pauci homines reperiantur in domo testatoris vel circa ipsum, rectè ab *Imp.* septenarium numerum retentum fuisse affirmatur. Nec est, quod conqveri possint testatores, cum sibi suæque negligentiae imputare necesse habeant, quod ante pestem, vel ad minimum imminente ea, adeoque in tempore de testamento faciendo non cogitaverint. Vid. *Fach lib. V. Contr. 92. Ungepauer Exerc. 8. qu. 2. in Nego. Finkelth. in Decad. qu. testament. 5.* Dissidentes, qui minorem testium numerum requirunt, potissimum se fundant in necessitate, quæ nullam habet legem *c. 2. in fin. X. de observ. jejun.* ita ut propter eam aliàs à regulis juris communis recedatur. Hoc enim tempore neminem, nec facilè ex propinquis accedere ad testatorem peste decumbentem, experientia nostrorum temporum, prohi dolor! satis comprobatur. vid. *Mascard. d. l. n. 19.* Cui accedit favor testamentorum, in quibus ferè semper talem debemus capere interpretationem, ut magis sustineantur, quam ut corruere debeant. Verum enim verò prætensa necessitas nil quicquam contra manifestam *Imp.* ianctionem valere potest *l. 12. π. qui & à quibus manum. liberi non fiunt. & si valeret,* multa inde sequerentur absurda, veluti, quod testamentum præsens etiam coram unico teste, si plures haberi non possint, aut testamentum rusticorum coram pauciori, quam 5. testium numero, valere debeat, quod posterius tamen constitutioni *Imp. l. ult. C. de testam.* expressè futurum esset contrarium. *Arum. Exerc. Inst. 7. th. 11.* Nec etiam testamentorum favor tantus est, ut propterea à solennitatibus in legibus expressè præscriptis recedere queamus. Non obstat, quod rusticis permissum sit, propter penuriam hominum ruri

ruri degentium, coram quinque testibus, testamenta sua condere, *l. fin. C. de Testibus*, ergo etiam idem in hoc nostro testamento obtinebit, non quidem per interpretationem extensivam, cui in privilegiis locus non datur; attamen per comprehensivam ex rationis intentione *l. 32. π. ad l. Aquiliam. Franz. comment. Pand. Tit. de LL. n. 43. & 46.* Unde Angelus alicubi dicit, quod peregrinus vadens Romam pro indulgentiis, si in itinere decedat, & testetur coram duobus, quia plures testes haberi non potuerunt, valeat, prout eam ex Barth. Socin. *Conf. 85. Vol. 4.* refert Virgil. Pingizer *qv. Sax. 20. n. 8.* Sed fallacia causæ committitur, quæ hîc non in sola penuria hominum, verum simul in Rusticorum imperitia, propter quam etiam à Juris ignorantia excusantur. Eckolt *ad Tit. de I. & F. ignorant.* consistit. Quoties verò duæ pluresve causæ ad unum negotium constituendum requiruntur, unam adesse non sufficit. Tandem nihil obest exemplum à militibus petatum, quos coram pauciori numero testari posse expeditum est *§. 1. I. de test. milit.* ac rursus eandem in militibus testantibus, & illis, qui testantur tempore pestis, videtur subesse rationem, periculum scilicet mortis, utrobique imminens. Verum licet in genere hæc convenient, differunt tamen hoc modo; quod milites gerant officium publicum, & intuitu Reipubl. mortis periculo sese subjiciant, quod de testantibus tempore pestis in genere affirmari non potest. Præterea facit militum simplicitas *l. 1. π. de testam. milit.* nimia imperitia ac juris ignorantia *pr. I. eod.* quæ de paganis non solent prædicari. vid. *supr. b. th. sub n. 1. in fin.* Nihil ergo est reliqui, quàm ut denuo concludamus: Septenarium testium numerum in testamento, tempore pestis condito, jure civili observandum esse. Et ita quidem, ut nihil interesse existimemus, utrum pestis magna sit, an parva. Reprobamus enim hanc distinctionem, & dicimus, omnem pestem respectu ejus, scilicet qui istâ laborat, periculosam esse, licet sit unicus in aliquo loco. Virg. Pingizer. *qv. Sax. 20. n. 60.* Carpzov. *p. 3. C. 4. D. 1. n. 15. & seqq.* Ungepauer *d. l. in fin.* Ac licet quidam distinctionem illam ita explicent, ut magna pestis habeatur, quæ longo tempore; parva verò, quæ brevi tempore durat, tamen ne sic quidem tolerari potest, cum pestis idem in modico tempore, quod in maximo operari possit. Sprenger. *de Modico cap. V. n. 27.*

Cæterum in terris Ecclesiæ etiam tempore sanitatis sufficiunt duo testes cum parochiali curato *c. cum esses X. de Testam.* ergo multò magis pestis tempore. Et hodie etiam consuetudine nonnullorum locorum duo saltem desiderantur testes *Gail. lib. 2. obs. 188. n. 8.* quod Jure Saxonico Electorali expressa Constitutione approbatum *p. 3. Const. IV.* ibique *Carpzov. def. 1.* Inter duos testes computatur etiam Notarius per ea quæ habet *Mollerus ad d. Const. IV. n. 9.* adde *Hahn ad Wesenb. Tit. qui testamenta facere poss. n. X. verb. præter Notarium.*

III. à qua sententia recedit *Francisc. Vivius d. l.* An etiam (III.) foeminae hîc testes esse possint, inter *Dd.* satis controvertitur, Affirmativam tenent plurimi. *Crot. tr. de testibus. Rubr. qui testes esse prohibeantur in testamento n. 24.* *Vivius in Comm. opin. lit. T. vers. testis esse non potest mulier in testamento in 1. 2. 3. & 4. limitatione.* *Mollerus ad d. Constit. IV. p. 3. n. 7.* *Finckelthuf. Obs. 14. n. 49.* *Carpzov. ad d. Const. 4. p. 3. D. 6. Berlich. p. 3. concl. 5. n. 24.* ex ea ratione, quia tempore pestis solùm jus gentium observatur, *Schultes lib. 1. quest. 22. n. 1.* quo Jure foeminae ad testimonium perhibendum sunt capaces. *l. 20. §. 6. π. qui testam. facere poss. l. 2. π. de Accusat.* Negativam defendunt *Ripa de peste cap. 2. n. 18.* *Gabriel lib IV. de testament. Concl. 7. in fin.* ubi citat *Ruin. cons. 120. col. fin. Vol. 5.* qui hanc sententiam communem esse dicit, quam nos quoq; approbamus. Certissimum enim est, ad solennitates Testamentorum spectare, ne foeminae adhibeantur testes *§. 6. I. de testam. ord.* quæ solennitas nullibi, neque in *d. l. 8. C. de testam.* neque alibi est abrogata. Nam leges correctoriae strictissimè sunt accipiendæ, & non nisi in ea parte, in quâ nominatim receptæ, vim suam exercent. Idem etiam de Jure Saxonico obtinet, quippe ubi in sæpius allegata *Constit.* non qualitas & idoneitas, sed solummodo numerus testium remittitur. Sed limitamus hanc nostram sententiam, ut procedat, quoad jus scriptum, non quoad consuetudinem, si talis sit recepta *§. 9. I. de I. N. G. & C. l. 32. π. de LL.* item, si copia masculorum haberi possit, cæterum si deficiat, etiam foeminas in subsidium saltem admitti debere, expeditum est. *Farinac. de test. lib. 2. qv 59. n. 73.* *Ripa de Peste cap II. n. 19. seqq.* *Anton. Fab. in Cod Tit. de Testament. Def. 6.* Et ita etiam coram duabus vel tribus mulieribus testamenta condi posse affirmamus. *Mollerus ad d. C. n. 5. & seqq.*
ibique

423.

ibique Reinhard. Rosa, qui in notis sub a. sententiam istam JCtis Wittebergensibus placuisse testatur, adde Virgil. Pingiz. d. l. qui sub n. 31. seqq. non veretur affirmare; si aliquis infectus tempore pestis in praesentia unius testis reliquit alicui certa quaedam legata, si ejus depositio aliquibus vehementibus conjecturis adjuvetur, aliique testes verisimiliter, neque actu neque potentiâ haberi possunt, tunc unicum testem etiam inhabilem fore admittendum. Quam sententiam tamen suo loco relinquimus. Porró foeminas etiam admittunt Dd. in testamento ejus, qui in civitate permansit, ut labenti Reipubl. subveniret. Ripa d. l. n. 22. seq. Farinac. l. c. n. 75. Nec obstant, quæ supra in contrarium sunt proposita. Dist. enim inter testamenta minus solennia, an omnis solennitas in iis sit remissa, an aliqua saltem. Priori casu sunt juris gentium; posteriori non item. Ex hujus quæstionis resolutione simul constare potest, utrum (IV.) rogatio testium IV. sit necessaria. Hoc enim præsuppositô, sicuti etiam supponi debet, solam consociationem remissam esse, suapte sequitur, rogationem omitti minimè debere. Ripa d. l. n. 42. Boërius dec. 228. n. 7. Ant. Faber d. l. def. 5. n. 5. Dissentiunt Schultes p. 1. qu. 22. n. 10. Guid. Papæ Decis. 543. n. 10. Cothman. Vol. 3. Conf. 13. n. 72. Berlich. p. 3. concl. 5. n. 29. 30. Finckelthuf. d. obs. 14. n. 31. seqq. Carpzov. p. 3. Const. 4. Def. 8. quorum argumentis ex superioris quæstionis Decisione satisfieri potest. Unde porro sequitur, ne quidem testimonium domesticum admittendum esse, quia hîc præter superius adducta concurrit, tum fictio unitatis, tum etiam affectio singularis Carpzov. d. l. D. 7. Illud verò extra dubium est, testes (V.) præsentem esse, ac ipsum testatorem videre debere, nec sufficere auditum, ne falsitas committatur l. 32. C. de fidei Commiss. & quia veritas magis oculatâ fide, quam per aures animis hominum infigitur. §. fin. I. de grad. cogn. item quia nulla solennitas, nisi quæ expressè remissa legitur, omittenda est. Testes itaque è longinquo stare possunt. Boër. Decis. 228. n. 10. scribit, ita servari Bononiæ, ut testatores peste infecti se ponant in aliqua fenestra, & testes stent inferius, aut in via publica, & audiant testatoris præsentis voluntatem. Roland. à Valle d. l. n. 22. 23. Farinac. de Testib. lib. III. Tit. 7. qu. 69. cap. 6. n. 185. vers. ampl. 1. Schultes p. 10. qu. 22. n. 10. Finckelth, obs. 14. qu. 2. Carpzov. d. l. def. 10. Dissentit Cro-

rus tr. de Testibus p. 7. n. 169. in fin. Sed non sufficit, testes fuisse ad-
 hibitos, nisi etiam juratam fecerint attestationem. Ideò testibus an-
 te juramentum præstitum mortuis, testamentum non valet. Virg. Pin-
 giz. *d. l. n. 5. & 56.* Hahn *ad Wesenb. Tit. qui fac. poss. d. l. non quidem,*
 ac si per se non subsisteret, sed ob deficientem probationem, vid. Mev.
ad jus Lubec. p. 2. Tit. I. Art. II. n. 44. effectum habere nequit. Quod
 si verò super testamento tempore pestis condito publicum factum sit
 instrumentum, tum illud citra aliam probationem mortuis etiam testi-
 IV. bus fidem facit. Carpzov. *d. l. D. 9.* Tandem si (IV.) in scriptis
 fiat hoc testamentum, subscriptionem & signacula testium requiri,
 dubitari non oportet. Sed & diei adscriptio desideratur, ut de eo,
 quod novissimè est conditum, appareat. Virg. Pingiz. *d. l. n. 55.* Co-
 ronidis loco addendum, testamentum ante pestem citra omnes solen-
 nitates factum, veniente ea, non firmari, quia ab initio non consistit.
l. 1 §. 2. π. de Reg. Caton. l. 29. π. de R. I. §. 4. I. de test. milit.

C. Quia consociatio testium in sapius allegat. *l. 8. C. de testam.*
 est remissa. Aliàs enim testes uno contextu & continuo actu adesse
 debere certissimum est *l. 9. C. d. t. l. 21. §. ult. π. eod.* hìc autem si
 inter testandum unus ex testibus peste corripitur, & cæteri testes con-
 venire nolint, hic solus subsignare, & postea cæteri contestes actum
 reliquum peragere possunt. *d. l. 8. C. de testam.* Hænon. *Disp. Instit. 7.*
tb. 4 C. I. A. Tit. qui testam. fac. poss. tb. 26. ubi elegans *d. l. 8,* re-
 peritur explicatio.

POS. VI.

Finis hujus testamenti est, ut suprema te-
 statoris voluntas pestis tempore declarata, im-
 pleatur (A.).

A. *Nov. 1. pr.* quæ voluntas perinde ut in aliis testamentis pro lege
 servatur *Nov. 22. c. 2.* & secundum legem ac jus commune interpreta-
 tionem recipit. *Wesenb. ad π. Tit. qui Test. fac. poss. n. 12.*

POS.

POS. VII.

424.

Effectus est jus hereditarium (A.) ut testamentum hoc valeat (B.) etiam aliis in locis (C.).

Quod heres, adeundo postmodum hereditatem, sibi acquirit: A.
 quæ acquisitâ omnia commoda & incommoda subire tenetur. *l. 20. §. 1. π. de hered. petit. l. 37. π. de acquirend. vel omittend. hered.* obligatur creditoribus hereditariis, ex iis causis, ex quibus defunctus erat obligatus *l. 8. π. d. t. legatariis* etiam noviter obligatur ex quasi contractu *§. 5. I. de obl. quæ ex qs. contractu nasc.* Verbo, eadem jura quæ aliis heredibus, etiam his, qui tempore pestis sunt instituti, obvenire debent.

Tandiu, quam testator peste est correptus, vel domus ejus infecta. B.
 Cessante ea, valebit saltem intra annum. arg. *§. 2. I. de excus. tutorum vel Curat. §. 3. I. de Testam. milit.* cum solennitatum adhibendarum copia postea detur. *Vasq. l. 3. §. 30. n. 50. Fr. de Barry l. 1. t. 2. n. 8. in fin.* quos citat *Struv. Syntagm. I. C. Exercit. 32. th. 21.* Dissentit *Carpzov. d. l. def. 5. Sauterbach d. l.* quorum argumentis in conflictu respondebimus.

Quia actuum solennia ad eorum spectant Iudicium, in quorum territorio celebrantur *l. 6. π. de Evictionibus. Guid. Papæ Decis. 262. Tessaur. 2. quest. for. 8. Myns. 5. obs. 19. Gail. 2. obs. 123. Johann à Sande lib. 4. rer. jud. Tit. 1. Def. 12. quos refert Vinn. lib. 2. qu. select. 19. adde Carpzov. d. def. 5. in fin.* C.

POS. VIII.

Contraria sunt iidem modi, quibus cætera testamenta infirmantur (A.).

Præterquam quod addendus sit anni lapsus è testatoris reconva- A.
 lescentia computandus, per ea, quæ habentur in *Pos. VII. sub lit. B.*

POS.

P O S. IX.

Ad Affinia referri possunt Codicilli, donationes mortis causa, legata (A.) cæteraque testamenta minus solennia.

Carpzov. d. l. Def. 3.

Hisce L. B. rivos claudo meos, si forsitan nonnulla occurrant, quæ minus palato Tuo sapiunt, alterius gustui relinque, DEO autem T. O. M. gratias ago referoque immortales, quod in hanc usque ætatem me ex truculentissimo grassantis hæctenus contagii genere aliisque calamitatibus, mirabiliter meas actiones dirigendo, eripuit. Interea ego ipse ronchorum hujus ævi securus futurus sum cogitando perpetuo illud Psalmistæ Ps. CXII.

Qvisquis reveretur JEHOVAM,
à rumore malo non timet, ere-
cto animo suo confisus JEHOVÆ.

Ideoque

**Sit soli summo, gloria
summa, DEO.**

Cl-

Clarissime Dn. Respondens,

Amice honorande.

425.

Non dubito, fore plurimos ex consortio malevolorum hominum, qui, quod tristissimis & periculosis hisce temporibus, eruditionis specimen sis editurus, valdè improbabunt. Ast nihil metuendum. Laudandi enim potius quam culpandi, qui, neglectò quovis periculò, animum defixum ad studia nihilominus tenent. Audent nimirum alacriora ingenia in altum eniti cottidiè, & quo magis ad summum perveniant fastigium, solent, quicquid periculosum videtur, aspernari. Sectantur labores, contemnunt otia, & omne tempus benè & utiliter collocare didicerunt. Cujus rei egregium perhibes testimonium, CL. Dn. Respondens. Tu enim, quem ad Jurisprudentiam natum, ejusque studio unicè jam, & summo ardore affixum videmus, nec dies hosce calamitosos, in quibus propter commilitonum excessum omnis privata defecit exercitatio, frustra præterire passus es, sed ut aliquid ageres, præsens thema, & tempori & ingenio Tuo accommodatum, elaborandum suscepisti. In quo quidem ita Te gessisti, ut quæ eò spectant,

C

ctant,

Etant, breviter, sed perspicuè, nec confusè, sed
justâ ac convenienti ratione, imo singula opti-
mè & convenienter tractares, ita, ut integra
materia, velut in unâ tabellâ conspiciatur. Per-
ge modò, ut coepisti, Hoc enim si feceris, nul-
lus dubito, quin præmia insignia labores inde-
fessos mox sint sequutura. Quod apprecatur

P.P. Lips. d. 9. Dec.

1680.

T. CL.

addictissimus

PRÆSES.

Ad

Pereximium

Dn. Respondentem.

DUm, testamentum valeat quid tempore
pestis,

EINERTE, & scripto & voce sonante
doces,

Quid dicam aut voveam? Sis morbi pestilis
expers,

Sed testamentum commoda mille ferat!

Properab.

L. Joachimus Fellerus,

P. P.

Pour satisfaire en tout Monsieur Le Disputant,
Que Dieu le rende en fin bien-heureux, & content!

Ce sont là, Monsieur & tres-honoré Ecollier, les Voeux ardents, que fait du profond du coeur

Vôtre tres-affectionné serviteur & fidelle Amy

Ægide Le-Pougeois, Parisien.



fed
oti-
gra
er-
ul-
le-
tur

S.

re
e
is
g
T
M
o



2104/12

Que Dieu se rende en son saint conseil

C'est à Monsieur de la Roche
à la Rochelle, les 7 de Mars 1687

Votre humble & obéissant
serviteur

Le Roy de France



1077

110





TEST
POR
Von dem

DN. AND
NICO

Ad di

TEM-
TO,
Seif der

D. & P.P.

cob. Fr.

XX.

414

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Kodak
LICENSED PRODUCT

